

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionBoite_039 | Freud. Sexualité. Folie. \(Cours de Vincennes\).ItemClaude Lacroix. Theologia Moralis I \[illisible\] Concupiscentia. \[photocopie\]](#)

Claude Lacroix. Theologia Moralis I [illisible] Concupiscentia. [photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb039_f0514

SourceBoite_039 | Freud. Sexualité. Folie. (Cours de Vincennes).

LangueFrançais

TypeFicheLecture

Références bibliographiques[Lacroix, Theologia moralis](#)

Référentiel BNF<https://data.bnf.fr/ark:/12148/cb30710757p>

RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 02/10/2019 Dernière modification le 23/04/2021

Données de data.bnf.fr

AUTEUR : Busenbaum, Hermann (1600-09-19 -- 1600-09-19)

TITRE Theologia moralis, antehac ex probatis auctoribus breviter concinnata a R. P.Herm. Busenbaum, nunc pluribus partibus aucta a R. P. Claudio La Croix,... Editio altera... - Index locupletissimus resolutionum omnium quae continentur tam in "Medulla" R. P. Hermanni Busenbaum,... quam in omnibus ad illam a... P. Claudio La Croix,... factis additamentis secundum ordinem alphabeti digestus a R. P. Leonardo Colendall,...

LIEU DE PUBLICATION Coloniae Agrippinae

DATE 1716/1720

EDITEUR Coloniae Agrippinae : apud S. Noethen , 1716-1720

Displacencia
ter, id est, ut
legem grav
s enim disp
nis seu diff
neticax, ca
o sensu viso
confe. Chri
centi circa
A. accepto.
a. utrem de
ratio de ob. S.
ione, si lice
m grave vel
uis delecte
et. 3. p. rera
non esset pec
Az. L. qu.
S. 2. L. qu.
que mult.
effici d. 10.
a licet con
est tamen
objectionem
gnitionem
uti alia
onem, in
di; ratio,
a, uti sup
er. Prob.
n hoc ob
ationem
si licet,
quidem
nem non
quid ali
n mari
hoc ens
bonitas
fidem
cum est
nlece &
malum
ipsa de
nam, &
non ma
ngeret
confe
itum,
quod
a pri
nificati
non au
ionali
ctivam
jectiva
entio
voluntas
t, quin
ctivam
menda
sed si
itum,
illici
exer
sime
esset
illici

illicius. R. Si reipsa a voluntate efficiatur odium, quantumvis ineticax, & sub illa conditione, c, seq., est enim displacencia de objecto semper intrinsece bono & pro nullo casu odibili aut displacencia digno.

§ 7. Multo magis est peccatum, si quis delectetur objecto malo sub conditione, quae quamvis ponatur, non auferret malitiam, uti fit in his, si non essem Religiosus, inebriarem me; si non essem infernus, juraver, si possem volare, raperem hoc, &c., hae enim conditiones relinquunt totam malitiam, quia quamvis non essem Religiosus, adhuc inhonestum esset ebrietas; quamvis non essem infernus aut ego volare potessem, adhuc inhonestum esset furtum & rapina: actales actus videntur habere talem malitiam, qualem haberent, si conditio reipsa esset purificata vel non adiceretur. Si tamen quis per talem actum, v. g. per hunc, si non essem Religiosus, inebriarem me, tantum veller significare, quod judicet, nisi jam esset in hoc statu, futurum fuisse, ut ob occasionem aliaque incitamenta sepe se inebriaret, nec ideo significetur affectus ad inebriationem, nullum erit peccatum, uti nec tum, si tantum significet propensionem ad peccatum, quam in his circumstantiis vincat, Sanch. n. 25.

§ 8. Si quis delectetur hoc objecto, sine determinare vellem vel ad negandam fidem vel ad mentendum, vellem mentiri & non negare fidem, hae delectatio videtur habere malitiam mendacii, quamvis talis homo absolute nolit mentiri. Ratio est, quia conditio illa non tollit malitiam ab alterutro, sed relinquit utrumque objectum, sicuti in se est, malum, ergo si sub illa conditione placeat mendacium, placeat, & consequenter contrahitur malitia mendacii, uti recte Castrop. t. 2. d. 2. p. 12. sicuti contra si sub illa conditione placeat negare fidem, peccabit contra fidem, quamvis eam absolute nolle negare. Nec obstat, quod homo habens conscientiam perplexam non peccet, si eligat hoc, quod videtur esse minus peccatum, nam disparitas est, quod in statu perplexitatis necesse sit alterutrum eligere, uti suppono, hinc prudenter eligi minus: in nostro autem casu necesse non est alterutrum eligi aut placere, sed est obligatio utrumque fugiendi. Videri potest Sanch. c. 10. n. 25. qui non videtur contrarius, tantum enim dicit electionem minoris peccati pra majoris non esse malam, si nempe supponatur necessitas eligendi alterutrum, quae hic non est. Notandum tamen, si absque affectu & comparative diceret, in tali concursu prudentius eligendum fore mendacium quam infidelitatem, nullum esse peccatum, uti in simili dictum est n. 83. in fine.

§ 9. Delectatio voluntatis de objecto secundum se non semper malo, sub conditione, si liceret &c., per se loquendo, non est peccatum, saltem si excipiatur materia turpis. Ratio est, quia delectatio illa potest habere honestum, aut saltem indifferens motivum, cum objectum sit illius capax; & tunc cadit delectatio super subjectum ut intentionaliter separatum a malitia, a qua separari potest, sic Religiosus licite dicit, si liceret habere, & habere divitias, ad rem elemosinas, hic enim actus est honestus, quia habere divitias non est de se malum, & delectatio circa elargitionem earum procedit ex motivo misericordiae. Item, si liceret, considerem carnes die Veneris, comestio enim illa est de se capax motivi saltem indifferens, & seclusa per conditionem prohibitionem objectum illud non est de se malum. Idem potest esse, si quis se delectet hoc objecto, si Titius esset hostis in bello, occiderem eum; si esset reus, & ego carnifex, suspenderem; si Deus vellet Titium mo-

ri, etiam vellem &c. dummodo conditio removeat omnem malitiam, nam si non ita fuisset obiectum, quin maneat affectus & delectatio circa occasionem Titii etiam ex privata autoritate, aut si mea volitio mortis Titii praecedat volitionem Dei, ete notat Sanch. n. 30. fore peccatum, & merito praefertur esse talem affectum, si aliunde oderam Titium.

Dixi 1. Delectatio voluntatis, nam si obiectum secundum se habeat inhonestatem, uti habent vindicta, furtum &c., delectatio appetitus sensitivi, quae fit cum alteratione corporis circa talia objecta, non est licita, quamvis ex parte intellectus apponatur conditio, unde si forte delectatio illa oriatur, peccabit voluntas, si in eam consentiat, aut si velit causa naturalis & necessaria sensitivae, quae hic & nunc est ideo censetur esse volita; Ratio est, quia appetitus sensitivus non sequitur intellectum sed phantasia, atqui phantasia non potest apponere conditionem, cum non cognoscat conditionem, uti reat Sanch. n. 33., neque potest praescindere rationem malitiae a tali objecto, ergo delectatio sensitiva, in quam consentiret voluntas, tenderet in tale obiectum absolute secundum se sumptum, quod est illicitum. E contra tamen, si obiectum secundum se non habeat inhonestatem, licita esset etiam sensitiva delectatio circa illud, sub conditione proposita per intellectum, & tale obiectum est comestio carnis, sub conditione, si non esset dies Veneris, cum enim illa comestio secundum se non sit inhonesta, appetitus tendet in illam, prout phantasia representabit sub ratione aliqua veluti communi & abstrahente ab illicito, interim autem conditio apposita per intellectum excludet malitiam, Sanch. n. 35.

Dixi 2. Saltem si excipiatur materia turpis, quia in hoc est specialis ratio, uti recte Ovid. n. 50., & dicitur ad n. 95., si enim voluntas delectaret se, v. g. in hoc objecto, haberem copulam, si essem in matrimonio, ex delectatione illa rationali naturaliter simul oriatur delectatio sensitiva, quae, uti jam dictum est, ferretur in copulam absolute, & commovebit spiritus genitales, magisque trahet ad consensum; imo Ovid. dicit hanc delectationem sensitivam hoc ipso fore volitam, si volita sit delectatio rationalis, quae est naturalis & necessaria illius causa: unde nec videtur licita est, saltem sensitiva delectatio circa copulam praeteritam, nec sponsus circa copulam futuram, quamvis talis copula suo tempore fuerit aut futura sit illis licita, uti pluribus dicitur L. 6. p. 3. quando de Matrimonio, Et hic n. 90. aliquid innuabitur.

Obij. Qui delectatur de comestione carnis facta die Veneris, peccat, ergo etiam qui delectatur de facienda, si liceret, quia conditio nihil ponit in re, nec quicquam immutat. R. n. conf. prior peccat, quia actus ejus fertur in comestionem, sicuti a parte rei ponitur est cum malitia sua objectiva; posterior actus non fertur in comestionem ut a parte rei ponendam cum malitia, sed ut separatam intentionaliter a prohibitione & a malitia: & quamvis conditio nihil ponat in re, nec immutat obiectum in se, rationaliter separat ab eo malitiam; & tunc voluntas fertur in obiectum sub ratione obiecti & unintentionaliter separat a malitia.

§ 10. Delectatio de obiecto in se malo, sed sine culpa facta, v. g. commissio ex ignorantia invincibili, in ebrietate, in somno &c., est peccatum tale, quale obiectum, Suar. n. 14. Sanch. n. 15. Tanti. n. 141. Bonaspei n. 77. Herinx n. 30. alique communiter;



